



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

49. De infirmo quodam, qui multis hæreticis ipsum alloque[n]tibus, solius pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

De infirmo quodam, qui multis hæreticis ipsum alloquentibus, solius pastoris Catholici vocem & verba intelligere potuit.

CAP. XLIX.

Idem pastor Catholicus vocatus ad quendam ægrotum, inuenit istuc congregatos complures hæreticos, rogatur ut ægrotum suo colloquio recreet & consoletur. Ille ad decumbentem propius accedens, monet ut in fide ac religione parentum & maiorum suorum constanter perseueret, ab ea nō deflectat, sed in eius confessione moriatur, serioq; proponat, si per Dei gratiam eousque cōualescat, Catholico ritu peccatorum suorum exomologesin facere. Paulò post infirmus non nihil releuatus, & ad se reuersus, rogat, quisnam ex omnibus circumstantibus ille sit, qui eiusmodi verba ad se locutus esset: solam enim illius vocem & verba se intellexisse, cæterorum verò neminem, quid vellent vel dicerent, capere potuisse.

De puero, qui à patre Calviniano, ad præconem Calvinistam, ut baptizaretur delatus, repente mortuus apparuit, relatusq; ad puerperam Catholicam, miraculose reuixit.

CAP. L.

DValterus N. Canonicus nuper Antuerpiensis, modo autem post cleri & Catholicorum profligationem, in Collegio Tungrensi Canonicus existens, testis

ocu-